



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Titul. 1. Protestationes circa vitæ finem faciendæ

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

5.
Pallad. l. 3.
n. 42. Sper.
tit. desp.
exam. 3.

Refert Palladius de quodam Religioso, qui lapsus in peccatum aliquod, à Dæmone redhibitus ad desperationem, cumque gravem ad eum tentaret evadere niteretur, tentatori cœpit dicere: *Non vi. & iterum dico non peccavi*, peccato, vel desperationis: quod responsum Deus valde approbavit, veluti revelavit cuidam alteri Religioso, qui exprobat, ast si Dæmon mutaret versum, teque in virtutis gloria inducere conaretur, respondendum est: *Non vi. & iterum dico peccavi*.

6.
Sur. tit. 3.
April. 14.

Cum quodam tempore sancta Ludovica à quodam alia muliere intelligeret, quod contenta esset, quibus annis purgatorij detineretur ergastulo, quosque sinapis comprehenderentur vase tum ibidem præterea respondit ei Sancta dicens: *Quid est, quod dolere filia? tam parum fides Divina Misericordia, & virtute Passionis Christi?* Elapso aliquo tempore transmigravit ex hac vita mulier illa, & sancta illi post mortem apparsit dicens, se & modum istius loquendi, & modum fiducia ergo in misericordia Dei, & Passione Christi, huius intolerabiles purgatorij luere penas.

Protestationes Circa vitæ finem faciendæ.

Iter seu Dies VI.

TITUL. I.

Protestationes.

PRIMO protestor, quod vivere ac mori cupio verus Christianus, Catholicus, & contractus omnium sacramentis meis.

De tribus virtutibus Theologice.

Secundò protestor, quod velim vivere & mori in Fide, in vera Spe, in vera Charitate, credendo, sperando, amando & spirando cum invocazione sanctissimorum nominum IESU & Mariæ.

Tertio protestor, innumera me commisisse peccata, ut propterea millenos promerear Inferni cruciatus: *De propriis peccatis.*
 In omnium fateor etiam infinitas majorem esse misericordiam Dei, quam sit iniquitas mea, majora esse Christi merita meis demeritis, nec non Virginis Deiparæ pietatem majorem esse impietate & iniquitate mea.

Quarto protestor, quod totam spem salutis meæ *De Spe in* in duobus: in Sanguine Christi efficacis- *Christo &* *Virg.* sive ad concedendam mihi salutem, & in sanctissimæ Mariæ Virginis gratia potentissima ad eandem mihi impetrandam; quapropter juxta S. Bernardi consilium ex utroque cunctis meritis propriis, & Solis Christi sanctissimæque Mariæ ejus me investio meritis.

Quinto protestor, quod nunquam consentire cupiam *De non cõ-* Demonis tentationibus, & ex nunc pro tunc nego, sentiendo *Christo &* *Damonis* detestor cunctas ejus persuasiones & suggestiones, & de hovo confirmo promissionem in Baptismo factam, dicendo: *Abrenuncio Mundo, Carni & suggestionibus,* & conjungor tibi *Christe in tempore,* & in ævum.

Sexto protestor, quod, quidquid in testamento & conditionibus meis disposui & ordinavi, & ordinaturus sum, *De conden-* *do testamē-* *to ad gloriã* quicquid de meis facultatibus erogavi, legavi & dispensavi consanguineis meis aut pauperibus, qualecunque *Dei.* legatum sive pium; sive indifferens, totum illud intendo dispendere & ordinare, sive dispositum sit ordinatum *secundum Divinam voluntatem.* Simulque sanctissimam Virginem, veluti unicam post Christum Dominam & Advocatam meam intendo instituere hæredem universalem omnium mearum facultatum.

Septimo protestor, quod lubens acceptam Divinæ voluntatis dispositionem tam circa animam, quam circa corpus meum, & quia ea voluntas Dei est, contentus sum, quod corpus meum mandetur sepulturæ, & in sepulchro remaneat ad extremum usque judicij, tunc recedaturque in pulverem & cinerem, idque totum committatur in gloriam Dei mei, sanctissimæque Mariæ, & omnium.

Actus

SIT
SIT

